

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31243
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

tio. accessit mulier. et procidit ad pedes eius et ait, Miserere nobis
apostolorum dei uiui. quia sumus sicut bestie que sensum nullum habent,
Hec audiens apostolus ait, Audi filia, Noli confidere in diuitiis que
possides. sed potius distribue omnia pauperibus. ut fugiens hanc
uitam transitoriam. perpetuam adispicaris, Relinque idola mu-
ta et surda. et cognosce uiuentem deum, Et cum ei de fide usque ad
uesperum intimasset. accepto signaculo. reuersa est mulier in do-
mum suam. et ingressa cubiculum flebat ualde. deprecans do-
minum ut mereretur ueniam pro delictis suis. et erat tristis; Ve-
niens autem uir eius interrogauit de ea, Cui famuli dixerunt,
In cubiculo commoratur domina nostra, Veniens uero uir eius ad illam
ait, Cur inquit tristis es. et cur conturbatur cor tuum, Scio enim
quia ambulasti ad hominem magum. et audisti ab eo uerba in-
ania. que nichil proficiunt, Relinque ergo cogitationes istas uanas
et surge ut epulemur simul, Cui illa ait, Indulge queso michi
hac nocte. quia neque cibum neque potum acceptura sum. sed nec
in stratu tuo quiescam, At ille recedens ab ea. epulatus est cum ami-
cis suis, Mane autem facto. uenit ad eam et ait, Migdonia. audi
somnium meum, Putabam enim me cum rege mesdeo discum-
bere. et ueniens aquila rapuit ex disco qui erat coram nobis
duas aues optimas. et abiit, Et rursum rapuit alias duas. portans
eas ad nidum suum, Rex autem emisso iaculo transfixit illam. sed ni-
chil ei nocuit, Hec audiens mulier dixit, Optimum est hoc uer-
bum quod uidisti, Eunte autem eo ad palatium. mulier iterum ac-
cessit ad beatum thoman, Et inuenit eum docentem turbas;
Et procidens ad pedes eius ait, Predicationem tuam audiui. et om-
nia uerba que aure suscepi corde retineo in polluto; Et stans
audiebat uerbum usque ad uesperum, Adueniente autem nocte
regressa est in domum suam. et nichil cibi accepit, neque dormiuit
cum uiro suo; Carisius uir eius mane facto condolens quod sepa-
raretur ab uxore sua. indutus uestimenta sua uilia. uenit ad
regem, Quem cum uidisset rex ait, Que extat causa ut hec ui-
litas te circumdet. At ille, Quia perdidi inquit uxorem meam
per hominem magum. quem saphor introduxit in regionem istam ut